

Luce nel miglior modo che si poteva quel ricco tesoro di storia italiana.

Venuto ultimo dopo tanto studio sulla storia farfense, con l'originale del *Chronicon* innanzi agli occhi e la possibilità di raffrontarlo con le altre opere di Gregorio di Catino, io non ho gran merito se la presente edizione si avvantaggia sull'altra, e se potrà, com'io spero, considerarsi definitiva per la fedeltà del testo. A me basti la compiacenza d'avere sciolto come ho saputo meglio un debito di gratitudine che gli studiosi del medioevo italiano avevano verso il grande e tenace lavoro del modesto monaco di Farfa.

Roma, 24 aprile 1903.

Ugo BAZZANI.

CONSTRUCTIO MONASTERII FARFENSIS

I.

[Ms. bibl. Vittorio Emanuele, Fasc. XI, 32.1]

INCIPIT DE VENERABILI PATRE NOSTRO THOMA.

c r o

Lectio prima.

5 FUIT namque in Gallia vir vite venerabilis, Thomas nomine,
ut aliī ferunt Maurigena exortus provincia. hic etenim vir
sanctus presbiterii fungebatur officio, cui quippe Dominus in-
spirare dignatus est, ut Hierosolymis ad sepulcrum Domini atque
alia sancta loca adoranda pergere deberet. qua inspiratione vehe-
10 menter accensus, aliquando assumptis secum discipulis, peregrina-
tionis arripuit iter. cumque Romanam veniens, sanctorum aposto-
lorum limina adorasset, quantumvis ad loca destinata festinabat,
adiunctis etiam sibi religiosis de Italia viris, Mariano videlicet,
qui postea Firmane tenuit ecclesie episcopatum, necnon et Mar-
15 tyrio, qui apud beati Petri ecclesiam postmodum monasterio
prefuit

Lectio .ii.

20 H I namque omnes caritatis annexi vinculo, socialis vie car-
pebant iter; qui post longa valde itinera tandem opera per-
venerunt ad loca, tunc itaque desiderii sui vota complentes,
gloriosam lignum crucis Christi, et sepulchri venerabilem atque
rationis et passionis Christi visitantes, similiter adoraverunt. sed
Martianus et Martyrius supradicti religiosi viri, suam repetentes
viam, reversi sunt in Italiam. at vero venerabilis Thomas ad
25 gloriosum Domini reversus est sepulchrum; ibique per tres con-
tinuos deserviens annos, Dominum die nocturne cum fieri et

c r o

nimio precabatur merore, ut ipsum pro sua demerita ad salutis dignaretur dirigere portum. sed quia secundum Domini promissum omnis qui peccat accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperitur (1), eum quatuordecim exaudire dignatus est Dominus.

Lectio .111.

5

DENIQUE, ut nostrorum relatu compertimus patrum, dum quadam nocte ad idem Domini pernoctaret sepulchrum, precibus fatigatus nimis atque vigiliis, sopore depressus est. tanquam ei beatissima Dei genitrix virgo Maria per visum apparere eumque percontari dignata est dicens: « Quid est, frater, quod tanto merore ac non sibi confiteris? constans esto et viriliter age; Dominus quoque adimplebit desiderium tuum. oportet namque te Italicas regiones areare ad auras. cumque illuc fueris Deo protegente regressus, require in provincia Savinensi, in loco qui dicitur Acutianus, tres magne altitudinis cypressos simul posita, iuxta quas etiam basilicam pulchri decoris in meo reperies honore dicatam; quem vero frequenter visitare soleo locum. hunc quoque cum repereris, ibi cursum tue consumabis vite; in quo videlicet nunquam tibi vel posteris tuis aliquid boni veniet minus, sed a omnibus vite presentis ibidem profuturum bonis, copiosaque fratrum exinde multitudo tuo exemplo celestia migrabit ad regna ». cum hec beatissima Virgo per revelationem venerabili Thome retaxeret verba, panem mire magnitudinis aque candoris manu gestans, ei demulit dicens: « Accipe panem hunc et perge securus; hoc autem scito, quia nunquam ex eo minus habebis, sed omni vite tue eva abundantanter tibi sufficiet. tantam namque densitatem illi gratiam compunctionis atque lacrimarum divina largiri dignata est pietas, ut pene de Deo loqui vel sine lacrimis posset, et die noctuque tempore psalmodie vel orationis, desiderio accensus divino suaves funderet lacrimas (2). 30

(1) MARTA, VII, 8.

(2) AURETTO, nella *Vita Palidoni*, guoco, contra più brevemente il fatto, *Taloni et Taroni*, di cui si fa men- e senza nominare la Vergine nella ap-

zione frequente nelle pagine che se-

vere enim hic cum Palamistra dicere poterat: « Fuere michi la-
« crime mee panes die ac nocte » (1). igitur venerandus vir de
revelationis sollicitus ammonitione, revisionis ad Italiam cum
omni suo comitatu arripit iter; veniensque per Ephesum, apud
5 beati evangeliste Iohannis sepulchrum morans est, ut ferunt,
alios tres annos. sicque factum est, ut inter id quo ad Orien-
tem de Gallia profectus ibidemque commoratus, et hoc quo inde
reversus est tempus, septem compleverunt spatia annorum.

Lectio .1111.

REVERSUS vero in Italiam, Savinensem peragrabat provinciam,
10 locum videlicet querens qui ei per revelationem fuerat pro-
missus. sed cum nullum invenire loci illius potuisset iudicium, de
revelatione diffidens, iam mente deliberabat ut ad suam reverte-
retur provinciam. veniensque in locum qui dicitur Cervinaria, ibi
15 sub quadam arbore, que nunc superest, paulisper requievit; pla-
cuitque illi, ut ibi Deo sacrificium offerri deberet. peractis itaque
discipulis, ut dum ipse paululum requiesceret, si aliquid in suis
haberet mansuppiis, ad reficienda corpora pararent mensam. ac-
20 bar enim se festinanter Romanam proficisci velle, ut adorans iterum
beatorum liminibus apostolorum, suam rependi patriam assu-
merent iter. mox ut sopore depressus est vir sanctissimus, iterum

partitione: « ... Coepit ridere dum
e pergent, ad monasterium gloriose
« Dei genitricis Mariæ quod est in
« Sabhis pervenit, in quo vir vite
« venerabilis Thomas pater præerat.
« De quo a pluribus auctori, quia olim
« in partibus Orientis constitutus, sicut
« ipse narravit, tandem ad Relectoris
« sepulchrum orationi vacavit, quoad-
« usque impetraret quod precibus po-
« stulabat; deinde, ut adseruit, nocte
« quadam precibus fatigato soporeque
« depresso, assistit ei quidam, gestans

« in manu mire pulchritudinis panem,
« cui et dixit: « Accipe hunc panem
« et abscede; scito autem te minus
« ex eodem nunquam habitarum. »
« Tante etiam densitatis, ut aucti
« qui etiam viderunt, compunctionis
« vis nil posset loqui »; *Vita Palidoni*,
Taloni et Taroni *Palidoniensis*, au-
ctore AURETTO, in *Mon. Germ. hist.*
Script. rerum Longob. et Ital. sæc. VI-IX,
p. 549.(1) *Palom*, XII, 4.

beata Dei genitrix semperque virgo Maria leno ac benignissimo
 ut est vultu ei apparuit dicens: « Ecce, frater, iste est quem tibi
 « promiseram locus. nunc vero confortare in Domino, et non
 « pusillanimitas esse ». iterumque ostendit ei tres in visu prefatas
 cypressos, et ait: « Vade », inquit, « et iuxta has quae cernis »
 « arbores invenies quam tibi predixi basilicam nomine dicaram
 « meo, ibi namque permanens, opimam reperies quietem; et
 « labora sicut bonus miles Christi Ihesu, ut accipias coronam vite.
 « ego vero tecum semper cum tuisque omnibus ero, tam presen-
 « tibus quam futuris; et congregabitur ad te ibi quoque copiosa
 « fratrum carerva, ad omnipotentis Dei servitium animas com-
 « mandantes suas ». cumque evigilans haec fratribus retulisset,
 circumquaque respiciens vidit non procul contra orientis plagam
 tres predictas cypressos, gavisusque ait: « Ecce in vertice, fir-
 « tres, iste michi modo in visione ostense sunt arbores. surgite
 « itaque, pergamus ad eas ». qui iussa complentes, cum multo la-
 bore dextero laevoque latere condensa quae ibi succrevissent spinarum
 ac verpium cultis succidentibus suis, illic usque profecti sunt; re-
 perantque ingressi basilicam, Domino immensas retulere grates.
 cumque ibidem aliquantos in Dei peregrissent laudibus dies, ce-
 perunt memorari viri Dei discipuli pusillanimitas effeci, et eum cum
 magno percontari merore dicentes: « Quid faciemus, o vene-
 « rabilis pater, cum haec quae nobiscum derelictus in sacculis
 « alimentis defecerint? locus enim iste nulli preter bestias et laro-
 « nibus est pervius, a quibus forsitan latronibus trucidandi eri-
 « mus ». quos isdem vir venerabilis Thomas benigne refovens,
 consolatus est dicens: « Confido de omnipotentis Dei magna lar-
 « gitate, et intermissione beatissime Dei genitricis Marie, quia neque
 « fame hic laboraturi, neque a latronibus perimendi erimus, sed
 « cito nobis eius subreuniet clementia: quia ipse per prophetam
 « polliceri est dignatus dicens: " Sperantes in Domino non de-
 « ficient omni bono " (1), cuius quoque promissa cito nobis
 « complebuntur ».

120. Nel testo era prima scritto congregabuntur correnti per se congregabunt forte
 dalla stessa mano che scrisse il codice. 25. Nel testo primitivo

(1) Psalms. XXXIII, 11.

DE FAROALDO. Lectio .v.

PER idem namque tempus Faroaldus magno regimine ductam
 tenebat Spoletanum (?), hic denique Romanam proficisci illo
 tempore volens, apparatum suum in ciborum atque vini copia
 cum honoratis hominibus atque iumentis praere iussit, in crasti-
 num ipse quoque, ut cogitabat, suis cum comitibus eos secutus;
 sed eadem sancta Dei genitrix virgo Maria nocte hunc ammo-
 nere per visum dignata est licens: « Vide ut ab hac quandoque
 « protectione quiescere debeas, quin incommodatum est nunc te
 « pergere Romanam, eo quod minime tibi expediat; sed potius
 « meo consilio, quod tibi magis proderit, prebe consensum. est
 « namque in territorio Savinensi basilica nomine dicata meo, in
 « qua videlicet monachi degunt peregrini, qui die noctuque in
 « hymnis et orationibus Domino deserviunt. has itaque omnes,
 15 « quas praere iusseras, deferre factis expensas, quatenus eorum
 « adiutus orationibus, Deum possis habere propitium ». qui sta-
 tim de somno consurgens, hanc suis retulit ministris revelatio-
 nem, dixitque eis: « Requirit quisnam hic de Reatina sit urbe ».

at illi dixerunt, quod Probarus ipsius civitatis castaldus ibidem

(1) Il BERNHARDT (*Mon. Germ. Hist.*
Scrip. XI, 524) a questo passo annota:
 « Inde ab n. 703. At infra Thomas
 « per annoe 35 baculum tenuisse di-
 « citur. Quare aut in his anois error
 « est, aut quod magis crediderim in
 « traditione de nomine ductis ». In-
 fatti nel catalogo degli abbatì premesso
 da Gregorio di Cassino al *Registo* ed
 al *Cronicon*, e che per la prima parte è
 tratto da un altro ch'egli chiama in un
 luogo « antiquissimum catalogum », si
 dice che Tommaso tesse trentacinque
 anni la badia nei tempi di Trasmondo
 e di Faroaldo duca di Spoleto. Non
 mi pare però che sia da ammettere un
 errore nel nome di Faroaldo, che è

così esattamente legato alle origini
 del monastero. Mi par più facile cre-
 dere che la leggenda ristretta ad « all-
 « quanos dies » i primi fastidiosi ed
 annessi anni della nuova colonia mo-
 nastica dal suo stanziarsi in Sabina fino
 al tempo in cui Faroaldo prese a pro-
 teggerla. Tale mi sembra che sia
 anche il pensiero del Samsi (*I duchi*
di Spoleto, p. 40). Del resto conviene
 ricordare che la cronologia delle
 origini farfensi, a detta dello stesso
 Gregorio di Cassino, è assai incerta, e
 che qui la luce dell'arrendimento spo-
 leto da Giorgio l'Ungariduca attra-
 verso le nebbie fantastiche della leg-
 genda.

esset quem accersitum, percunctari cepit ubi in Savinis ad honorem beate Marie semper virginis esset ecclesia dedicata, in qua peregrini degerent monachi. at ille inquit: « Multe in honore beate Marie basilice Savinis habentur constructe; sed in qua horum monachorum vel peregrinorum sit habitatio, penitus ignoro ». cum ille: « Vade », inquit, « et diligenter fac perquire ubi peregrini habitent monachi, et omnia que Romanæ adire iusseram alimenta, eis quatuordecim factis deferere ». cuius statim imperio parens, omnes illas Savinis direxit impensas.

Cumque homines illius, qui ea alimenta que iam dicta sunt pre-
 10 ferebant, ad locum qui dicitur Pompeianus pervenissent, ab incolis loci illius inquirere ceperunt, quoniam in loco in honore beate Marie Dei genitricis constructa esset basilica, ubi peregrinorum esset habitatio monachorum. qui omnes una voce responderunt dicentes: « Equidem in honore beate Marie Savinis multas nos
 15 « vinus ecclesias esse; sed ubi monachorum sit habitatio, omnino « nescimus. verumtamen a patribus nostris audivimus, quod « patres vel avos suos referre audierat, quoniam in casale qui « dicitur Acutinus, iuxta tres cypessos, ibidem posita sit ecclesia beate Marie miro fabricata decore, in qua antiquitus, tem-
 20 « pore Romanorum, habitatio dicitur fuisse monachorum; || sed « modo nullam ibidem hominum scimus esse habitationem »; et hæc dicentes, ostenderunt eis non procul ab ipso loco tres predicas cypessos.

Lectio .VI.

25

Cumque ad ipsam pergere locum minime scirent viamque
 nequaquam reperire possent, omnia que secum habebant
 30 nummenta eos præire ceperunt, rectoque itinere ad locum pergere destinatum. que sequentes, ad locum ipsam pervenire poterunt. sed antequam ad ipsam pervenirent, voces atque strepitum ipsi audierunt fratres. qui timore percussis cogitabant, quod armata latronum manus ad eos perimendos adveniret, protinusque in oratorium confugientes, venerabilem virum Thomam lacrimabili voce conquesti sunt dicentes: « Ecce, pater, sicut dixi-

« nus, latrones adsunt, qui nos interficere volunt ». ianuam
 itaque ecclesie oppellare curaverunt. at vero hi qui honora deferebant, ante fores ecclesie ipsa ponentes, iumenta exonerare fecerunt. tunc unus ex eisdem venerandi viri Dei discipulis respiciens per foramen ianue, vidit ipsam apparatus ante fores ecclesie depositum; revertensque nuntiavit patri atque sociis, nichil mali adesse, sed e contra largissimis depibus ciborum atque vini dorsis iumentorum hominumque humeris advectatis atrium esse
 5 repletum. tunc exeuntes ad eos, interrogare curaverunt, quænam essent ipse dapes aut quis eas illic direxerit. hi vero qui advenant, prostrati in terram eorum se precibus commendare studeverunt; primusque eorum per quem directa fuerant alimenta dixit: « Faraldus gloriosus dux Spoletanus ammonitus a beata
 10 « Dei genitrice Maria alme vestre beatitudini benedictionem di-
 15 « rigere curavit, postulans ut eam sanctis precibus Deo commenda-
 « dare dignemini ». tuncque oblati muneribus, benedictione percepta sanctorum, ad propria reversi sunt. et ex eo iam tempore ipse gloriosus dux eis sepissime sua munda dirigere curavit, ipsamque prefatum virum venerabilem Thomam abbatem Spo-
 20 letum ad se venire rogavit, atque eius orationibus se commendare studuit aliquantulumque donationem per suum preceptum eius contulit monasterio.

Igitur cum venerabilis eiusdem patris sanctitas odorisque boni
 fama longe lateque diffusa esset, ceperunt ad eum tam de proximis quam de longinquis provinciis certatim concurrere, ut eius
 25 scilicet magisterio se Domini servitio subderent, atque in ipso cenobio beate Dei genitricis semperque virginis Marie monasticam degerent vitam.

Lectio .VII. DE TRIBUS FRATRIBUS.

30 EODEM igitur tempore fuerunt Benevento tres nobili exorti progenie viri, consanguinitatis quoque iure propinquique, quorum uni erat nomen Paldo, alteri vero Taso, tertius namque vocabatur Tato. hi enim ex duobus progenii fratribus, Paldo scilicet ex

uno, Taso autem et Taro ex alero, divino succensi amore uno consilio patrique voto decreverunt, ut patriam parentesque relinquere ac mundi huius se pompis fallacibusque exuerent divitiis, quatinus veras atque celestes attingere possent opes. Galliarum itaque desideranter penetrare volebant provincias, ut ibidem videlicet corpore non animo separati per diversa sese monasteria servitio subingerent Dei omnipotentis. sed cum hoc aperte prosuorum erga ipsos parentum sollicita cura implere minime possent, ad sanctorum adoranda limina apostolorum Romanam se ire velle professi sunt. nam honoratus ex his que in via eis videbantur esse necessaria animalibus, ascendentes equos, fulti famularum profectioibus, adorsi sunt iter ⁽¹⁾. ut vero Beneventi peragrati sunt fines Marsorumque ingressi sunt provinciam, descendentes de equis, pueris precipiunt, ut equos et omnia que secum detulerant auferentes, ad propria remearent. dicebant enim tale se votum habere, ut hi tantummodo tres Romana suis pergere deberent pedibus. quibus quoque remaneantibus pueris, dum prefati milites Dei ceptam pergerent iter, viles scissosque habentes pannos obviam facti sunt eis pauperes; quibus namque pretiosa sua largientes vestimenta, eorum sordidis atque vilibus adoperiti sunt indumentis. recto vero pergentes itinere, Savinis ad cenobium beate Dei genitricis semper virginis Marie pervenerunt, in quo tunc prefatus vir vite venerabilis Thomas regiminis curam gerebat. qui dum eosdem Christi milites suscepisset hospitio, more solito cum fratribus perrexit, ut secundum Domini preceptum eorum ablueret pedes. denique dum eorum delicata candidaque manibra sordidis contexta vidisset vestibus, eorum aspectus preclaros carmens atque compositos, intellexit, nequaquam eos, publice ut ipsi fingebant, esse mendicos. cumque operis Domini complivisset mandatum, in sua se conluit claustra. mane igitur primo eos secretè ad se fecit venire, subditèrque eos ac blande interrogare curavit dicens: « Qui estis vos, fratres, vel unde venistis? »

(1) *Avvataro*, loc. cit.: « Sicut autem nobiles decet, oceratis animalibus stipendiis, preparatis ad sequendum equis, famulorum filii obsequiis. »

« obsecro itaque, ut non me advenus vestri celare debeatis causam. forsitan enim aliquid a iudicibus huius seculi sustinetis iudicium; aut etiam, ut humane conungere solet fragilitati, in aliquo dilapsi criminis fugitis. credite », inquit, « michi, quia in quantum valuerit, vobis suffragium prebere conabor; tamen modo secreti vestri michi profitemini veritatem ».

Lectio. VIII.

Ita vero cernentes, nequaquam venerabili patri suam abscondi posse secretum, ei cuncta que egerint et unde essent, adventus porro quod Romanam pergere vellent atque inde Galliarum expectere provincias ei minime celant, admirantes eum, ut nequaquam eorum impediret propositum. at ille: « Absit », inquit, « o filii, » ut a bono proposito vos revocare cupiam, sed potius vobis « ammiculium impendere volo. nam usque ad limina beatorum apostolorum vestri socius ego itineris ». idcirco namque hoc venerandus pater volebat facere, ut ipsos religiosos viros suo sancto consilio a tam longo revocaret itinere, sicut et fecit. quod utque Dei nutu actum fuisse, minime dubitamus. qui cum Romanam cum beato viro Thoma idem viri pervenissent, suam cum lacrimis devotionem suffragiis apostolorum commiserunt. erat denique Rome eodem tempore annus quedam vidua et religiosa, que cum omni domo sua magno hospitalitatis studio serviebat. quotienscumque vero venerabilis Thomas Romanam causa orationis vel ad saluandam pontificem pergebat, in eius domo hospitium habere consueverat. in qua etiam tunc cum predictis hospitibus est viris. peracta igitur, ut supra retulimus, oratione, eos verbis cepit ammonere suavioris, ut secum ad monasterium deberent reverti, quatinus institutionis sue propositum vivendo et operando addiscere possent, ac demum quo eos Dominus. vellet dirigere, iam instructi securus ient. nam huiusmodi eos alloquitur verbis: « Audite, o karissimi filii, consilium meum, et mecum ad monasterium beate Dei genitricis Mariæ, ubi Deo

« largiente preesse videor, reveri vos minime pigeat. et quamvis
 « extra usum sit nostri monasterii, propter ardorem tamen vestri
 « laudabilis desiderii vos intrinsecus recipi faciam, ut videlicet
 « communi cum fratribus participetis mensae, eademque ubi ipsi
 « dormiant domo vos quoque soporetis, ac simul ad opus assi- 5
 « statis divinum, ad manuum quoque labores pariter exeatis, ut
 « eorum imbuti documentis, scire possitis, quo ordine degere mo-
 « nachus in monasterio debeat ». hec autem et his similia ve-
 « nerabili patre dulci ammonitione prosequente, assensum ei me-
 « morati prebuerunt viri, siquae cum eo ad monasterium redierunt, 10
 « cumque ibidem paucis diebus morati fuissent, sanctae conversa-
 « tionis plene edocti sunt normam.

Igitur cum haec omnia, ut diximus, peracta atque patrata fuissent, contigit patrem duorum fratrum, Tasonis scilicet atque Tatonis, cum ceteris parentibus suis huc illaque ad eos perquirendum 15
 « 33 » anxiam discurrere, Romanamque pernici volatu venire. ubi dum
 « eos studiose per monasteria aeclesiasticasque atque domos singulorum
 « perquirerent, religiose cuius superius memoriam fecimus vidue ingressi sunt domum. quam sollicitius perconcrantes, et eorum ei
 « aspectus signaque dicentes, hunc ab ea acceperunt responsum: 20
 « Hos quos vos queritis viros, ego in hac domo mea cum venerabili patre Thoma hospicio suscepi. nam Savinus eos in ce-
 « nobis beate Marie, ubi praefatus vir Domini regimem tenet,
 « absque dubio reperieris ». hec autem illi audientes, valde
 « gavisii effecti, upare magni amoris stimulis agitati, ad predicam 25
 « monasterium veloci properant cursu, obvixae predicam rogarunt
 « patrem, ut eos aspectibus eorum presentari iuberet. at vero
 « venerandus vir Domini Thomas comparatus eorum dolori, suavis-
 « sibilibus verbis ammonuit viros religiosos predictos, videlicet Pal-
 « donem, Tasonem atque Tatonem, ut ad colloquium suorum exire 30
 « deberent parentum. quibus quoque hoc facere remanentibus,
 « auctoritate eos cito paternam pertraxit eaus parere preceptis. cum
 « vero ad eos egressi fuissent, eosdem sui obiurgare ceperunt pa-

15. ad manna vel lecto. perquirendum vel lecto, sebatans de manu abhorrentia recente
 la percola. Na stala corvella in perquirendo

rentes: « Quis nos », inquit, « o dilectissimi filii, ramaquam mor-
 « tuos estimantes, relinquere voluistis, nostrarumque deseruistis cu-
 « ram animarum ? (1) etenim nullus vobis inest pietatis affectus,
 « consanguinitatisque nulla compassio. nos namque converti 5
 « ad Deum et seculum funditus relinquere parati sumus. pro-
 « pterea rogamus vos et per Deum celi ac terre conditorem adiu-
 « ramus, ne nos deseratis, sed potius nobiscum revertamini;
 « alioquin sciantis, de vestra manu nos esse requirendos ». at illi
 « verba eorum lacrimasque ac singultus pro nichilo ducentes, nulla
 « omnino pietate permoti sunt, sed Gallias ut Domino voverant se
 « profecturos esse dicebant.

LECTIO .X. (2).

Tunc vero venerandus vir Domini Thomas, Sancto in se lo-
 « quente Spiritu, his eos alloquitur verbis: « O dilectissimi », 15
 « inquit, « filii, audite consilium meum, et de Dei misericordia diffi-
 « dere nolite. si enim mea monita aure cordis vobis percipere
 « placuerit, per vestre bone operationis exemplum ad celestia multi
 « regna migrabunt. propterea, o karissimi, salubres meos auscul-
 « tate sermones, et vestrorum nolite preces despiciere parentum. 20
 « nam si vultis, ostendam vobis locum, in quo vestri possitis adim-
 « plere desiderii vota. confida enim de Domini clementia et
 « largiflua pietate, quoniam ibidem bonum ibidem Deo acceptabilemque
 « faciens fructum ». siquidem isdem vir Domini dum de Orientis

3. La parola animarum sanctorum vel lecto e fu agguale indistintamente da
 rona del verbo xiri. Xi. Dopo la parola dicebant segue una rubrica di due righe:
 In ill. t. Dix. Dns. Ihs. Dis. SS. Nemo Luceana. Ocul. Rego. Ratum. In Sanctum
 Sana amaris. 15. et - misericordia] Questo perche sono stala terribile sopra le anliche
 da mano recente, ad ora h. Leggerabbe solenne et Dei misericordiam, ma nel codice r-
 mane lo spazio per il de che si suppone

(1) AURELLO, loc. cit. reca: « ut zioni non è indicata affatto la L. e-
 « quid curam animarum nostrarum ctio. VIII, sebbene nel filo del
 « descrittis ».

(2) Nella numerazione delle le-
 ruzione.

partibus Italiam remanset, per Samnii provinciam habuit iter (9); in qua videlicet super Vulturni fluminis ripa, a mille fere passibus a quo initium sumit, reperit in honore beati Vincentii martiris oratorium dedicatum, quod densissima quoque ex utraque parte fluminis silva ambiebat, et nulla ibidem erat habitatio praeter ferarum ac latronum fortasse latibula. ad quam igitur locum praefatos dirigere cupiens viros, hoc quod supra diximus eis dedit ipsius loci iudicium, ad eumque locum quatuordecim eos properare ammonuit dicens: « Ite, o fortissimi athleta Christi, ire securi, et in eodem loco inuberis vestri figite gressura. valet enim omnipotens Deus vos in eodem loco ab omni malo servare illesos, et a timore latronum cunctos per id iter agere reddere securos. ego vero ut citius potuero veniam post vos, et de eodem loco a principe illius terre vobis firmitatis accipiam preceptum atque in eius vos revocare gratiam curabo ». his igitur atque huiusmodi emollii ammonitionibus, ab intentione quam ceperant ad Gallias eundi suos revocant animos, et tamquam Christum loquentem attendentes in venerabili viro, benedictione ab eo percepta, ad ipsum locum professionis arripunt iter. et non multo post, sicut promiserat, isdem vir Domini Thomas nimio caritatis successus ardore, eorum causa Beneventum pedester profectus est.

DE GISULPHI VISIONE. Lectio .xI.

ERAT enim eodem tempore Gisulphus vir spectabilis, Beneventani ducatus tenens principatum (2), cui quadam nocte per visionem sancta Dei genitrix Maria cum eodem venerabili viro Thoma

1. La parola patriarchus è aggiunta intertextualmente in alto a carattere più piccolo e posticco. 9. Nel testo ad leite

(1) È notevole che AURTERIO non dice che Tommaso era passato pel Sarnio tornando dall'Oriente. In questo particolare e in qualche altro, come più sopra nella mezzogiorno della Vergine che apparisce a Tommaso (cfr.

apparere dignata est, eisque precepit dicens: « Vide ut quicquid a te iste postulaverit peregrinus, ei nequaquam negare debeas, quia « vir sanctus est et orabit pro te », et hec dicens abscessit. qui mane idem dux de suo consurgens stratu, precepit suis ministris dicens: « Ite », inquit, « et ante fores perquirete palatii si forte invenire possitis peregrinum quemdam virum in monachico constitutum habitum, eoque venusti aspectus atque calvus; quem cum invenieris, ad me cum honore introducere festinate ». egressi vero ministri, statim eum reppererunt ante ianuas stratem palatii; et sicut eis preceptum fuerat, ipsam sanctum virum ad eundem duxerunt ducem Gysulphum. quem mox quoque prout viderat in visu recognoscens, continuo de suo surrexit solio et omni in terra prostrato corpore eum adorans dixit: « Alma Dei genitrix Maria te michi hac nocte per visionem ostendit; nunc verò quicquid tibi placuerit pete a me, et ego devotus tue libentissime tribuam sanctitati », ac ille: « Unam », inquit, « parvulam vestre celsitudinis pietati postulo petitionem. est namque in Samnii provincia super Vulturni fluminis ripam locus quidam in solitudine redactus, ubi nulla est habitatio hominum, et in beati Vincentii martiris ibidem honore habetur oratorium constructum. quem videlicet locum obscuro ut michi pietatis vestre largitio concedere dignetur, « quatinus ibidem habitatio debeat esse monachorum, et vestre pro hoc pietati magna apud Dominum merces accrescat ». quam videlicet petitionem ipse dux libenter accipiens, hilari vultu respondit dicens: « Ecce, pater, ipse de quo postulas locus ab hac hora in tua permaneat potestate, et firmitatis ex eo a me accipe « preceptum ». quod videlicet mox preceptum scribere iussit, roboratumque eius tradidit potestati. praefatos vero viros, Paladonem scilicet, Tasonem atque Tatonem, viri Domini Thomas in gratiam eiusdem revocavit ducis, atque cum eis festinanter ad eundem petrexit locum. ibi quoque aliquantus demoratus diebus,

30 Durante la sua età minore resse per del culto cattolico. Fu manifesta fondit il governo sua madre Teoderada, datrice di chiese e di monasteri nella donna zessa pia che molto si era adoperata per condurre il marito e i suoi vescovo sino alla caduta del regno longobardi, ad una piena osservanza bardo, trad. Scarpa, Torino, Roux, 1890.

eis multa dei monita salutis, ostenditque eis in quo loco re-
 fecerunt dormitorumque atque hospitium susceptionem et omnia
 que necessaria erant habitacula construere debent. Paldonem
 quoque, qui his omnibus maior erat, elegit, ut illis in regimine
 preesse deberet. ipse autem reverentissimus vir Domini Thomas
 reversus est Savinis ad suum monasterium, deferens secum illud
 quod ei Grunphus dux dederat preceptum. at vero memorati
 viri successoresque eorum multa per annorum curricula congruis
 temporibus ad monasterium sancte Dei genitricis Marie veniebant,
 et ebdomas suas in coquina officio sicut et alii fratres in ipso
 faciebant monasterio; atque per dispositionem domini Thomae ab-
 batis successorumque eius ipsum sancti Vincentii monasterium
 ordinabatur⁽¹⁾.

Lectio .XII.

VENERABILIS igitur Thomas cum in suo monasterio per longa 15
 annorum spatia exemplum sancte conversationis discipulis
 dedisset suis, iam senex pleniusque diemna migravit ad Dominum,
 corpusque illius humatum est a discipulis in beate Mariae Dei
 genitricis basilica. prefuit namque huic sancte congregationi
 annis .XXXV. et mensibus .VII. ac diebus .V.; obiit vero .IV. idus 20
 decembris in pace⁽²⁾.

(1) Di tutto questo racconto intorno
 alla visione di Grisulfo e alla visita
 di Tommaso a Benevento, non si trova
 alcuna cenno né in Autperto né nelle
 scritte del monaco Pietro. È leggenda
 sorta evidentemente a Farfa e intesa
 ad appoggiare le pretese farfensi verso
 il monastero di S. Vincenzo al Vol-
 turno; pretese che vedremo espone
 diffusamente e sostenere da Gregorio
 di Cantino nella sua *Cronaca*.

(2) Una notizia simile si legge nel
Chronicon e nel *Registo di Farfa*, II,
 26. Gregorio di Cantino riproducendo
 il catalogo degli abati pone la morte

Secundus vero a venerabili patre Thoma exiit huius mona-
 sterii rector Aunepertus, Aquitania Tolosane civitatis exortus pro-
 vincia; vir, ut fertur, vivax et strenuus ingenio, consilioque pru-
 dentissimo multum vicens. hic namque huic monasterio prefuit
 annis .VII. et mensibus quinque ac diebus decem et octo⁽¹⁾.

Tertius namque a beato Thoma in hoc cenobio surrexit in
 regimine Lucretius, Maurigena ortus provincia, quem ipse sancte
 recordationis Thomas puerum enutrivit ac sacris litteris erudire
 curavit presbiterumque suo in monasterio ordinare fecit. hic
 10 enim sancte conversationis exempla discipulis prebens, per an-
 nos .XVI. et menses .VI. ac dies .X. hoc rexit cenobium; obiit
 quoque .XIII. kal. iulias⁽²⁾.

Quartus igitur huius congregationis pater exiit Fulcoaldus, An. 740? - 759?
 natione Aquitanus, ex nobili ortus prosapia; per omnia vir: mi-
 15 tissimus legesque divinae capacissime imbutus; qui ad superni regni
 patriam ardentissimo flagrans amore, sese in magna corporis af-
 flicto maceratione. qui cura Apostolo dicere poterat: «Ca-
 « stigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis
 « predicaverim, ipse reprobus efficiar »⁽³⁾. magno enim karitatis
 20 ardore erga omnes suos accensus, estimabat aliis opus periculosum
 esse, quod se minime operari posse considerabat, sicut scriptum
 est, « quae coepit Iesus facere et docere »⁽⁴⁾. prefuit namque
 huic sancte congregationi annis decem et novem et mensibus sex
 ac diebus .XII.; obiit vero in pace .IV. nonas decembris⁽⁵⁾.

Quintus vero post hunc in regimine huius successit monasterii An. 759? - 761?

25. *Sopra la parola omne in aggiunta forse del secolo XII. la lettera h*
25. in pr. aggiunto in alto da mano posteriore.

« contro il compio di Gregorio che « non ci sarebbe d'avere elementi basto-
 « il governo di Auneperto non può « voli ad una precisa induzione. Que-
 « essere incombustibile nel 716, né in « sta stessa incertezza ci dà notare con
 « quest'anno Tommaso esser morto. « un segno di dubbio le date obituali
 « Poiché tutto è dubbio e, in questo « che abbiamo da Gregorio per i primi
 « caso, ci è parso di dover dare qui so- « successori di Tommaso ».

« cura, ci è parso di dover dare qui so- (1) Cf. p. 16, nota 2.
 « pre le due date senza nulla affermare. (2) Cf. p. 16, nota 2.
 « Forse né l'una data né l'altra segna (3) I *Constit.*, IX, 27.
 « il vero anno della morte di Tommaso (4) *Acta*, I, 1.
 « e della successione di Auneperto, ma (5) Cf. p. 16, nota 2.

1769? - 1769?

554

Wandelbertus, et ipse Aquitania ortus, consanguineus quoque
 prefati Fulconaldi abbas, vir mite mansuetudinis atque patiente,
 qui cum magna dulcedine caritatis profuit anno uno atque mensi-
 bus (1) septem congregationi huic. consideransque tanti regimini
 onus sibi fore grave ad portandum, humiliter ac benigne postulavit
 a fratribus, ut sibi alium eligerent pastorem, seque ab hac pastoralis
 absolvent cura. quod et fecerunt (?). ipsi vero in territorio
 Firmiane civitatis sancti Yppoliti dederunt monasterium, ubi, remon-
 toris vite quietem appetens, cursum consumavit in pace suam.
 Servus denique in hac congregatione Alanus exivit pater, re-
 gione exortus Aquitania, precipue sanctitatis vir, qui tanta spiritalis
 philosophie quam etiam secularis astutie prudentissimus fuit. is
 namque huius diuturna monasterii conversatione probatus, fraternas
 ex acie ad singularem pugnam contra vita carnis certantibus proces-
 sit. in Mortilla quoque monte, qui hoc supereminet monasterium,
 iuxta oratorium beati Martini confessoris per annos degit multos
 inclausus; ubi inter alia bone operationis exercitia multos etiam
 mirifica exaravit codices. ad hunc vero omnis ex hoc mona-
 sterio congregatio pergens, uno consensu parique voluntate ro-
 gavit, ut sibi preesse deberet; denique de ipsa eum extrahentes
 inclusione, ad monasterium cum honore perduxerunt atque super
 se rectorem posuerunt; quibus in bone operationis exemplo pre-
 fuit annis .VIII. (3), obiit quoque .V. nonas martias (4). qui in
 extremo obitus sui die, quendam episcopum, Wigbertum nomine,
 Anglorum gente exortum, qui adhuc nudis atque hospes erat, ad
 se venire fecit, eumque suavis promissionem facere regule, ac con-
 tibus ipsum constituit abbatem. quem vero nos nequaquam in

4. *Il regno del quale parola consideramque fu aggiunto in altro posterimento, forse nel secolo XII. 5. unus h' aggiunta come sopra.*

(1) Il BERTMANN, op. e loc. cit. per la questultima opera si legge anche: «VI. nonas martii» invece di nona mi per necessario.

(2) Cf. p. 16, nota 2.

(3) «Et mensibus .III. atque diebus .VIII.» aggiunge GREGORIO DE CANTINO nel *Chronicon* e nel *Registo*.
 Le osservazioni alla notizia obblata di questo abate Alano posta da Gregorio di Cantino nel *Chronicon*.

catalogo annoveramus abbatem, quia contra sanctos canones ac regulam beati Benedicti hoc factum fuit. ordinatus autem super congregationem huius monasterii, per undecim menses exercuit tyrannidem; qui feroces atque inconditos gereas mores, quosdam ex ipsis monachis cedebat, quosdam vero retrudebat in carcerem, atque alios in exilium mittebat. qui in tantam prorupit superbie audaciam, ut etiam eos qui eius furoris vesaniam fugientes sese post sacrosanctum altare mittebant, cum ipso sacro velamine altaris exinde pellere faceret. ob quam causam ad Desiderium regem ipsi confugiunt monachi, rogaverunt, ut tantam desuper ipsos tyrannidem auferri iuberet. qui provinciam Alefrido, Reatine civitatis castalido, precepit, ut eum de ipso monasterio exire compelleret; ipsique congregationi dedit licentiam, ut quatenumque vellent, sibi patrem eligerent. at vero continuo Probertum diaconum elegerunt abbatem.

Septimus enim huic congregationi in regimine profuit Probertus diaconus, Sardinensi natus provinciam, vir mansuetissimus atque benignus, ita bonis ornatus moribus, ut si quis eius usus fuisset colloquio, statim eum ex intimo diligeret mentis affectu; lege quoque divina sufficienter eruditus, sciens de thesauro sui cordis proferre nova et vetera; maxime vero sancte Romane ecclesie cantu a pueritia plene imbutus. exhibi huius monasterii rector per annos undecim ac menses .III. diesque quindecim; obiit namque .III. idus augustas (?).

22. *Sopra imbutus fu aggiunto misteralmente di mano posteriore fuit*

(1) Nell'anno 773 il pontefice Adriano I mandò l'abate Proberto a Desiderio re dei Longobardi per chiedere la restituzione delle terre ch'egli aveva occupato: «Tunc presertim dicens Probertum religiosum abbatem «ventralibus monasterii sanctae Dei «gentricis, sicuti territorio Sardinense, «cum .XX. senariibus Dei servis monachis, direxit eos ad eundem Desiderium deprecationis causa. Quibus «ad eum properantibus, ut ipsi Dei «famuli referunt, eius pedibus pro- «voluit coram iudicibus Langobardorum, cum lacrimis ex persona «antead vicarii beati Petri eum de- «precari sunt ut a tantis malis rest- «pisceret et praefatas quas abstrahit «civitates beato Petro redderet. Sed «nequaquam eius lapidem cor re- «tere valuerunt». *Liber Pontificalis, edita. DUCHESNE, l. 492, c. 67. I. GIORGI, Appunti su alcuni testi del Liber Pontificalis in Arch. della R. Soc. rom. di st. patria, XIX, 265.* Come già osservò il

An. 770? - 781?

554

An. 781? - 786?

Oravus itaque huius fuit cenobii rector Raganbaldus presbiter, in Gallia civitate ortus. hic enim ad lucrandas Deo animas ferventissimum exercuit zelum. diligebat quoque fratres amore sincero; vita vero odio habebat, que evellere ac dissipare amore moperet curabat, quatinus honorem operum virtutes in discipulorum cordibus posset edificare atque plantare. profuit namque huic congregationi annis tribus et mensibus septem diebusque XXXII; obiit quoque .v. nonas martias (1).

An. 786? - 790?

Novus deinceps huius congregationis successit pastor Altherrus, Parisius civitate exortus Galliarum, mire sanctitatis atque simplicitatis vir, qui caritatis nimio succensus amore, Deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota virtute diligens, fratres quoque sicut semetipsum sincero anhelo affectu. nam quinquae annis ac mensibus decem, diebus quindecim huic profuit congregationi; obiit vero octavodecimo kal. januaris (2).

Decimus quoque huic monasterio in sancto profuit regimine vir vite venerabilis Mauroaldus, natione Francus, Warmaria orinbeare Marie multum pretiosum ex auro et argento ornatum ferri iussit. per duodenos quoque annos mensesque quateros ter 20 quinosque dies huic profuit congregationi; obiit in pace .VIII. nannque kal. novembres (3).

2. Gallia - ornat] Così nel testo.

BERGAMANN (op. cit. XI, 519, nota 6), la data della morte dell'abbate Probato è incerta. Vedeasi anche il Regesto di Farfa, compilato da GREGORIO in Carino e pubblicato dalla R. Società romana di storia patria a cura di I. GOGGI e U. BALZANI, II, 74.

Avvenire che per le frequenti chiazioni di questo Regesto che occorrono d'ora innanzi in queste note, si adoprerà l'abbreviazione R. F.

(1) La incertezza sulla data della morte dell'abbate Probato viene di farsi con precisione sicura il tempo del governo abbatiale di Raganbaldus. Di questo abate fa parecchio menzione

Undecimus denique huic monasterio profuit pater vir venerabilis Benedictus, qui in eis que ad Deum pertinent valde extitit devotus ad suam fratrumque salutem, necnon et in exterioribus orationibus que ad cultum ecclesie utilia videntur; ita ut in libris et altaris vestibus atque diversis utensilibus constrendis nimis sagacissimus esset, ut usque ad presens ex parte appareret quoque hoc cenobium religiosissime .x. annos ac mensibus .v. diesque tres (1); obiit in pace .II. idus augusti.

An. 815? - 830?

Duodecimus quoque abbas extitit huius loci religiosissimus Ingualdus, benignissimus per omnia atque strenuus in cunctis observationibus preceptorum Dei ac sui ordinis, sicut in quibusdam privilegiis huius cenobii acquisitis invenitur; in quibus denique apertissime cognoscitur, qualiter zelo Dei fervens, in spiritualibus atque mundanis rebus suo monasterio pertinentibus disponendo, 15 inconcinnatam et inreprehensibilem, in quantum ei divina largire dignata est miseratio, omnibus se ostendebat huius itaque optime perfectis, obiit .VII. kal. aprilis.

Tertiusdecimus nempe huic monasterio in regimine sancto profuit abbas Siehardus, qui longe lateque exemplum boni certaminis cunctis per omnia ostendit. ad augmentum quoque huius loci atque habitandium, sicut spiritualia studebat edificata construere, ita et temporalia diligenter accommodare non neglegebat; nam oratorum hoc quod cernimus in honorem Domini Salvatoris, adiunctum ecclesie sancte Marie, ipse construxit cum scripta deor-

* sanctitatis audientiam famam, et ita
* me vestrae familiaritati adiungere
* desideravi, sed modo tempus oportunitatem occurrit, per presentem
* fratrem abbas praesibus me ipsam
* vobis commendare quapropter per
* sanctae Virginis Plurimam, vestram suppliciter obsecro unanimitatem, ut me
* licet indignum, vestris amantibus atque
* mandibus accipere dignemini, non
* quasi ignotum sed quasi fratrem,
* qua licet oculis carnis non viderem,
* tamen oculis cordis vos videre videtur et valde diligo; honestatetque

An. 830? - 845?

Adriano I in una lettera a Carlomagno scritta nel maggio o nel giugno 781. Cf. JAFFÉ, Monumenta Carolina, p. 212, o JAFFÉ-KALTENBORN, Regesta Imperatorum, n. 2431.
(2) Vedeasi la nota precedente.
(3) Cf. R. F. II, 124. Mi pare oportuno riprodurre qui la lettera che Alchiodendogli di essere ascritto alla fraternanza farfense: « Beatissima et sanctissime Dei genetricis semperque virginis Mariae congregationi, et pro parte Moraldo ultimis sanctae Ecclesiae dilectus Alchiodus in Christi sui caritative salutem. saepius vestrae

sum, ubi corpora sanctorum Valennii et Hyllarii martyrum de Tuscia paribus translata, cum corpore sancti Alexandri sancte Felicitatis filii coniuncta, honorifice sepelivit (1). multasque alias ecclesias per diversa loca istius monasterii et antiquas strudit reedificare destructas, et noviter plures construere ceu usque hodie apparet. alia quoque multa bona huic loco acquisivit iuxta, scilicet terras, ornamenta diversa aecclesiastica et alia innumerabilia, ita ut pece nullis suorum predecessorum illum in hoc supergrederentur, quemadmodum in epitaphio illius memorie sciri potest. nam de illius conversatione atque regiminis acceptione necnon et in nativitate et transitu ita inibi legitur :

Hoc facer in munulo venerabilis abbas Sichardus,

Genobii sacrum qui bene gessit opus.

Hunc Deus adiecit materno viscere sepum,

Hieremie consors vatis ut esse queat.

Nam genium mundus necdum cognoverat illum,

Spoodei huic templo iam sed uterque parens.

15

7. *Nel testo era scritto aecclesiastica correto posteriormente con l'aggiunta di un a sopra la is*

(1) GARZANO DI CARRIO nel *Cirrone* riferendo questa notizia di Sincardo vi pone questa variante: « ubi corpora sanctorum Valentini et Hyllarii martyrum de Tuscia paribus translata, cum corpore sancti Alexandri sancte Felicitatis filii coniuncta, honorifice sepelivit ». Gregorio di Catino deve avere atteso questa notizia da un lexionario Farfense antichissimo (è del secolo IX) che si conserva tra i manoscritti Farfensi nella biblioteca Vicario Emanuele. In esso parlandosi del santi Valentinus et Hyllarius dicitur: « Supradicta vero martyrum corpora, Valentinus videlicet et Hyllarius, de eodem loco in quo usque ad tempora Gregorii quarti Apostolicæ Sedis præsulibus requieverant, cum de

« bino honore levavit Sichardus abbas
« venerabilis monasterii sacrate Dei
« genobii et semper virginis Marie
« sito Savinis, et collocavit in oratorio
« quatuor ipse construxit, et communxit
« aule eiusdem Dei genitricis et semper
« per virginis Mariæ, pariter cum corpore
« sancti Alexandri filii sacrate Felicitatis,
« quod denuque corpus sancti Alexandri
« domno Gregorio papa, de Roma ad
« duxerat. cuius scilicet orationi deditur
« casio ibidem celebratur. III. kalendas
« ianuaris ad laudem et gloriam demini
« et salvatoris nostri. In casu Christi
« cui honor et gloria in sæcula sæculi
« Amen. Amen ». Ms. della biblioteca
Vicario Emanuele, fondo Paria, n. 29.
Intorno ai santi Valentinus et Hyllarius
cf. anche AROSTICCI, *Notizie storiche
dei gloriosi santi Valentinus et Hyllarius
diacono martiri Visiberti*, Roma, 1740.

Hec loca prudenti construxit et ordine curæ,
Communisimque troci cavir ab hose gregem.
Pro quo, quisque legis, non cesses meoce benigna
Fundere votivas nocte dieque preces,
Angelicas inter mereamur ut esse cohortes,
Monteque devicta regna tenere poli.

nam quattuordecim annis ac mensibus quinque diebusque decem huic profuit congregationi; obiit vero quattordecimo kal. octobris.

Quattuordecimus denique profuit huic loco Hildericus abbas, strenue secundum Deum et seculum suam peregrinavit officium, ita ut rancis spiritualibus per omnia amabilis existeret. gubernavit denique hoc monasterium annis undecim, mensibus sex et diebus quinque; migravit in pace idus septembris. hæc de his dixisse sufficiant, quorum nos exempla ac fama preclara de seculi turbine ad hanc quietem perduxit (1).

(1) Giunti al termine della *Constr.* p. 127, nota) essa non può desumersi che ricordo ancora una volta che la cronologia dei più antichi abbat Farfensi è molto incerta, e che come osservò giustamente il BERNHARTI (op. cit. premesse al *Registo* e alla *Cronaca*